

*Fundatio Cartusiae Vallis Gratiae prope Brugas, aucti-  
spicijs Roberti Bethuni Comitis  
Flandriæ.*

*Ex auctoribus infra citatis, & ar-  
chiuis eiusdem loci.*

**A**dificata est hæc Cartusia ex collecta dona-  
tionsque populi, nullo certo fundatore: nisi  
quis cum Marchantio historiographo velit  
fundationem eius ad Robertum Bethunium Flandriæ  
Comitem referre, de quo sic ait: Robertus Bethunius  
descripsit. Comes Flandriæ Cartusij Cœnobij tam benevolus fuit, ut  
horum in Flandris initia ad eius tempora deducantur. Certè  
fundamenta prima domus huius ipse propria manuie-  
cit, more rituque solenni fundatorum, quibus hæc præ-  
rogatiua defertur. Et eius nepos ac successor in Comita-  
tu Ludouicus Cressus benignius astrum domui huic  
affulxit. Fundata est autem anno millesimo trecentesimo  
decimo octauo, teste Meyero in annalibus Flan-  
driæ, & mediocribus sensim aucta successibus eius  
possessio crevit in terra, quamvis cum vicinia gleba se-  
driæ ad pe conflictata, & cum mari quoque dissidium illi fue-  
rit, quod illi hodieque commune est cum tractu Flan-  
driæ trans-amnanæ. Initiatores & dedicatores huic  
missi sunt ex Valle Sancæ Aldegundis spectatæ virtutis  
Religiosi, quos inter Pater Ioannes de Maldeghem Prior  
clarior

Cartor cæteris fuit. Hic, sicut magnes ferrum, ita vita  
sue vocali exemplo max ad professionem nascentis a-  
pud se Cartusianismi suauiter plures non contemnen-  
de conditionis viros allexit, quorum primitiui fuere  
Magister Daniel de Alncto Praepositus quondam san-  
cti Martini Ipris, & alter monasterij sancti Andreæ iux-  
ta Brugas Praepositus, Robertus quoque Canonicus Re-  
gularis Vormezelensis Ecclesiae. His accesserunt alij  
atque alij secundum strepitum saeculi haud inferiora se-  
quuti. Quorum unus vir Consularis Dominus Petrus  
*Adourne*, omnis sanctimonie præcipuum exemplar  
Brugenium Burgi Magister, ex præclara Ducum Ge-  
nuensium prosapia, post redditum ex Palestina, in quam  
bis tralecit, & ad Sinai montem usque penetrauit; post  
fundatam à se Brugis Hierusalem, mortuaque compare  
sua charissima Elizabetha *Bredriex*, curis seculi se se  
abdicans, tandem usqai iugo Christi se subdit in hac  
Cartusia, factus Clericus Reditus anno millesimo  
quadrageentesimo quadragesimo quinto, in qua & se  
confirmavit usque ad obitum per annos nouemdecim  
patias inedit, laboris, & vigiliarum, factus omnibus  
formæ virtutis, & veræ Cartusiane vitæ ex animo. Obiit  
in hac eadem domo anno millesimo quadrageentesimo  
sexagesimo quarto. Reliquit filium Dominum Marti-  
num *Adourne*, pietatis & professionis sue heredem, qui  
optimi parentis sectatus vestigia, pro magnitudine a-  
nimæ sui, semper huie domai studuit & consuluit: qui  
deinde Prior ab omnibus electus, cum magna laude  
prefuit usque ad annum sesquimillesimum septimum,  
quo vita pariter & officio defunctus est venerabilis  
senex, plenus dierum & honorum operum. His dudum  
præluxerat exemplo nobilis Dominus Guilielmus, na-  
turalis filius illustrissimi Guilielmi sexti Bauariae Du-

## Origines

23  
tis, Comitis Hollandiae & Hannonie, qui relicta yro-  
re, relictis omnibus impedimentis saeculi, nomen simi-  
liter huic domui dedit, factusque Clericus in hac pro-  
fessione vita, perseverauit ad obitum usque, qui incidit  
in annum millesimum quadringentesimum quinquage-  
simum. Haec breuiter perstringimus, ne ex sollicitudine  
ignorantie videamur haec commemorare. His autem  
ex singulari misericordie sua dispensatione Domi-  
nus, iuxta vaticinium Prophetae, dedit in domo sua lo-  
cuni, & nomen melius a filiis & filiabus, qui & coe-  
lestem ac Angelicam vitam in terra hac meditati,  
sub obedientia Ordinis incurvati sunt, velut colles  
mundi, sicut Propheta ait, ab itineribus aeternita-  
tis, in quam die ac nocte iugiter defixit, facile con-  
tempserunt quicquid horrendum fuit & asperum in  
hac valle Aialon, in qua quilibet obediens obedien-  
tem sibi Deum habuit, ac imperare Soli potuit, &  
dicere, quod Iosue dixit: Sta, & Luce; Contra Val-  
lem-Gratiae ne mouaris. Hic ex variis nationibus in  
vnum collecti plurimi alij viri virtutum vixere  
pariter; cum enim ad hoc celeberrimum emporium,  
& Belgij Athenaeum esset concursus variarum gen-  
tium, Cartusiam non pauci frequentabant, immer-  
gebantque se soliditudini, ex qua oculum anime ad  
eam vitam ergebant, in qua gloriose veraque dele-  
ctationes sunt usque in finem. Per tria saecula quibus  
stetit, viros tulit sane praestantis virtutis, quibus &  
aliis domus initia sua debent, ut Ultraiectina, Gan-  
dauensis, & aliæ; quorum etiam dexteritate & ma-  
xima rerum gerendarum prudentia Cartusiensis Ordo  
in tenore vita, suè confirmatus est difficilius temporis  
bus; qui cum natura sua labilis sit, sicut & alia  
quauis Religio, numquam adeo sibi constare potuit,

oisi

## Cartusiarum Belgic.

5

ali per eos confirmaretur, qui virtute cæteris anteirent, & orandi, legendi, scribendi, studiosiores essent: quorum ingenii animatus profecit, & se, suosque interdiuturna schismata diuisionesque, ne dicam factiones populorum, confirmauit. Quantum antiquariorum manu calligraphiaque valuerit, adhuc monumenta loquuntur; quantum doctrina, pietate, rerum coelestium meditatione, locus ipse quamvis in æternas solidudines redactus, adhuc spirare videtur, & nescio quid diuinum afflare non otioso nec oscitanti Numinum obseruatori. Et nunc licet puluis & umbra tantum sint in oculis nostris, tamen per inhonoram sepulturam non est ipsis ablata, sed relicta dignitas, qua & accedentes valent quoque sanctificare, & occultæ sanctitatis igniculis inflammare. Hoc abbreviato verbo parentatum sit illsi, quorum merita nulla temporum iniuria potuit funestare. Excisa est hæc domus anno sesquimillesimo septuagesimo octavo: tuncque per quadriennium, quo ciuitas in potestate hereticorum fuit, confusum est labium huius, imo vniuersæ terræ.

Genf.

Circa annū autem sesquimillesimū centesimū octavum & sequentem, procurante Venerabili Patre Hiberto Banhusio domus huius tunc Priore, locum obtinuerunt in ciuitate à sua Celsitudine Alberto Pio Flandric Comite, cum hactenus in Refugio tantum habitassent. Transmigrationis autem huius tanto visa sunt auspiciiora initia, quanto & locus & domus iam ab olim Deo sacra, magis visibus eorum aptari posse videbatur. Ad recidiuam hanc domum iuuandam hodie non pauci opes & operam suam offerunt. O si tempora mitescant aliquando! Si Patrum antecedentium memoria introeat in conspectu tuo, Deus! Si denique Psal. 78: redcat in præcordia virtus, & zelus pro Domino, & pro 4. Reg. 10: domo

dōmo Domini, poterat in solidum hic & nunc adiūtari, nec decesset fortasse successus optatus noua motio-  
tioni. Sed hęc cura cordi fortassis propediem erit eis, ad  
quos per trium saeculorum traduces manavit huius in-  
clyta Cartusia gloria.

Præest hodie huic domui Pater Franciscus Molanus,  
qui quia conceptum Cartusia auctoriam ab olim habet  
in mente, iamque molitur aliquod initium operi dare;  
habeat formam & idem, ad quam mentem & manum  
erigere poterit ex Boetio, qui qualis fuerit in mente  
Dei parturientis creationem mundi conceptus def-  
cribit his versibus: Imitetur quatenus potest huic  
Boetius in archetypum. Igitur sic Deum orbis architectum apo-  
consolatio strophat.

*ne philos.*

*Te non externæ populaverunt fingere causæ  
Materia fluitantis opus: verum insita summi  
Forma boni, liuore carente, tu cuncta superno  
Ducis ab exemplo, pulebram pulcherrimus ipse  
Mundum mente gerens, similique in imagine formans.*